



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio

Coloniae Vbiorvm, 1645

CAP. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

nencionem usque deleretur. Sed in primis revocavit me ab hac cogitatione natura mea subtristis, ad solitudinem, quam ad societatem, aptior. Etenim videbam, quod si id, quod cogitabam, perfecisset, diu me in communione non permansurum, ac propterea magnam inconstantis animi notam subiturum. Sed non erat earum rationum vis tanta, ut arctioris viræ suscipienda cogitationem meo ab animo prorsus everteret. nam multa se objiciebant, quæ earum impetum fortiter exciperent atque repellerent: nimirum, æternæ salutis in tuto collocandæ ratio; pericula, quibus undique referta est communis hominum vita; lubricæ seculi viæ; & in his tot hominum, doctrina, sapientia & sanctitate præstantium, horribiles casus; & alia id genus multa. Itaque, ex hoc contrariarum inter se cogitationum confictu, ea in me perturbatio commota est, ut prorsus omnis ab animo quietes, & ab oculis somnus excesserit.

C A P . XII.

M Vltis, non solum diebus, verum etiā mensibus, inter diversas ejusmodi cogitationes pugnatum est acriter vehementerque: sed demum versæ sunt in fugam rationes eæ, quæ mihi arctiorem vitam persuadebant; ac propositum, in seculo permanendi, certaminis vicitor excessit. Vnde pax animo rediit; si ea vocanda est pax, quæ cū vitiis & concupiscentiis habetur, & non potius turpissimæ paetio servitutis. Nam, quo tolleretur omnis illa superioris tristitia cogitationis, tradidi me hilaritati ludoq; vel potius, novis occasionibus succedentibus, constringendum libidinibus dedi. Ab ea

A 6

die,